



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XIII. Die Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## XIII. DIE SEPTEMBRIS.

P. PETRVS  
DIAZ. ET 4. SOCII.

13. Septemb.  
Lusitanus.  
1637. xrat.  
4. Soc. 13.

Morit.

**O**cciso nuper Ignatio Azeuedio,  
illa quâ Petrus in Indianam ve-  
hebatur nauis ab hæreticis ca-  
pra est. P. Petrus, qui aliis præerat,  
ab auditis aliorum confessionibus re-  
dux, vñā cum Gaspare Goë, ac puerō  
quodam tenello qui à P. Petro auelli-  
se non patiebatur, occisus. P. Francif-  
cum Castrum in excipienda vulnerati  
eiusdam confessione inuentum, Gal-  
li hæretici certatim, punctim ac cæ-  
sim interemere.

*Michaël Aragonensis scholasticus,*  
magnâ in seipsum fæuitâ, & ingenio  
nobili celebris, cum Francisco Paulino  
mare præceps deicetus.

Mox in celitum reliquias & ima-  
gines effusus furor hæreticus. Atque  
hæc omnia tantâ rabie acta in Societatis  
homines, vt Gaspar Gonsaluius,  
sociorum vñus, at degener à præcelsis  
cogitationibus filiorū Dei, vile in pe-  
riculo glorioſo, ac timidum caput,  
cùm Ieluitis haud parci, imò illos ma-  
xime peri, videret, veste Societatis po-  
sitâ, se turbæ immiscuerit. Sed mor-  
tem gloriōsam quam fugiebat cum  
ignauâ commutauit. Etenim ab hæ-  
reticis in mare abiectus est cum turba  
inutili, quam illi alere nolebant, ceu  
nauis ignauum atque inutile pondus.  
Singillatim de P. Petri Diaz virtuti-  
bus illud affertur; eum adèd fuisse  
modestum, suique custodem, vt ferè  
in se componendo videretur occupa-  
tus. Diuinum officium semper de ge-  
nibus recitabat. In confessionibus,  
potissimum ad scrupulos eximendos,

fuit adèd promptus ac dexter, vt au-  
ditus fuerit quidam dicere; paratum  
se ad extrema orbis limina Petrum  
sequi, vt eo confessario vti posset.

MAG. LUDOVICVS  
SCHIESA. SCHOL.

Italus Co-  
mi. 13. Sept.  
1630.

**H**Vnc in scholis Comi docendis  
Hoccupatum pestis ad extrema  
deduxit. Post altum silentium, atque  
suspitionem virbi, & Collegio calamita-  
tem imminere prædixit cum in extre-  
tremis esset. Nominatim è Collegio,  
qui essent morituri expressit. Frustra  
caelari aiebat morbum Magistri Le-  
ua: illum in villa decumbere; & cras  
horâ septimâ obiturum. ita euénit.  
Massanum, Gattrum, Redolfinum spe-  
rasse se euasuros, sed frustra: nec euas-  
sere. P. Rectorem perendie morbo tē-  
randum, & octauo post Dominicam  
proximam die horâ 22. moritum;  
tunc mortuus est: & postridie secutu-  
rum P. Ioannem Ambrosium Vertua;  
secutus est. Decessurum & P. Villani;  
Patrem Alexandrum tentandum, sed  
euasurum: hic egrotauit, sed euasit;  
ille deceſſit. P. Ministrum acerbè ex-  
ercendum, citra mortem tamen. ita  
factum. Magistrum Guidonem Orticonum,  
(cui hæc dicebat) penultimum  
fore in serie morientium. Ita & id e-  
uentus affirmauit. At vnde ista noſſet  
petenti Mag. Guidoni, curiosus ista  
quâ oporteat quæri respondit, ac  
mysteriis procuratus 13. Sept. deceſſit.  
Guidone 12. Octobris (& vno post il-  
lum) extinto.

Mors  
dicitur

P. G V I L I E L M V S  
BOYTONVS.

Hibernus  
Castellæ. 13.  
Sept. 1647.

**H**ic post operam in ciuium suo-  
rum vtilitates impigro animo  
impensam, in clade Castellenſi (vbi  
Hibernos Catholicos milites trecentos  
in templo tandem septem hæreti-  
corum millia obruere) tunc istic vna

collectos Catholicos expiabat pœni-  
tentia Sacramento. Ibi victor miles Fidei  
hæreticus dirè in canos fenes, in fœ-  
minas, in paruulos cæde graffatus est,  
sanguine latè profuso. Maxima œui-  
tia pars in Sacerdotes incubuit. Hos  
inter cecidit felix victima etiam Gui-  
lielmus, cùm hæretici, Sacerdotes po-  
tissimum ad necem deposeerent; si hos  
decederent Hiberni Catholici, militem  
omnem impunè abire permissuri.

## XIV. DIE SEPTEMBRIS.

P. P E T R I D I A Z  
SEPT-EM SOCII IN ODIVM  
FIDEI OCCISI.

14. Septemb.  
Lusitani.  
1571.

Fides.

Modestia.

**S**uperstites ab hesterna cæde socij  
P. Petri Diaz (de quo heri) carceri-  
bus, pugnis, alapis, & sputis male  
mulctari, in summo vertice conrun-  
debantur, in coronæ Sacerdotalis op-  
probrium; objectantibus hæreticis,  
quod in Brasiliam usque tenderent ad  
fidem prauam (vt ipsi aiunt) prosemi-  
nandam.

Petro Fernando Nouitio, quod mo-  
destus esset, oculos digitis aperiebat.  
Exprobrabant cachinno hæretico,  
quod à Christo, à Christi matre, atque  
à Sanctis non iuuarentur. Ita vexati in  
mare abiecti sunt. Petrus Ferdinandus,  
& Ioannes Alvarez mox hausti sunt.  
Didacus Ferdinandus adnauit ad na-  
num aliquam, & receptus est; vt &  
Sebastianus Lopez. Alij fessi luctando  
cum aquis, Credo & Miserere recitabant  
cum Alfonso Fernando illicet submer-  
so. IESV nomen implorauit Andreas  
Pais, & haustus est: ac post hunc Fer-  
dinandus Alvarez. Eandem in aquis  
mortem oppetiens Petrus Diaz & Di-  
dacus Calvalius. Piratarum illorum an-

tesignatum aiunt postea in oppido si-  
bi natali, securi occisum. Nauta præ-  
cipuus, cùm nostros in mare abiiceret,  
ipse quoque delapsus, ac mersus  
est. Alphonso contra fidem plura obie-  
ctantibus respondent, disertè dictum  
est: Ob id ipsum est tibi moriendum.

P. P A S C H A S I V S  
BROET E PRIMIS DECEM.

**I**N primis exercitiis in triduum pro- Picardus  
duxit inediam sine cibo, & potu. In Parisiis. 14.  
Hiberniam à Pontifice missus, ab hæ-  
reticis quæsusus est ad necem. Lugdu-  
ni coniectus in vincula. vt explorator, Sept. 1561.  
& honorificè dimissus. Moniales plu- ztat ss.  
ribus locis dextrè in ordinem redigit. Exercita.  
Fauentiae condidit sodalitium chari-  
tatis pro iuuandis pauperibus. Desti-  
natus erat Æthiopiæ Patriarcha, Ig-  
natio illum Societatis Angelum nomi-  
nante. Ferrariae dæmonem contra alios pertinacem, auditâ ob sessæ con-  
fessione fugauit. Italiæ fuit Provincia- Confessio.  
lis primus: In Gallia postea multa pas-  
sus. Othoni cuidam nostro Parisiis luc  
contacto seruit, & luem contraxit,  
quâ occubuit. Per ipsos 20. annos eni- Charitas.  
mè à Deo continuatis precibus humili- Hamil.  
litatem.